



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 38. Extrema quorumdam Scriptorum Ecclesiasticorum fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

gesimo nono supra millesimum quadrin- Sæcul. XV.
A. C. 1492.
gentesimum ab Innocentio VIII. inter
Cardinales cooptatus est, atque electio-
ni Alexandri Papæ interfuit, quamvis
gravi senio, & adversa valetudine pre-
meretur: Roma vero Venetas redux die
decima quarta Septembris Interamnæ
mortalitatem exuit. Hujus vitæ Histo-
riam Petrus Delphinus instantे Conta-
rino Maphæi Successore descriptam no-
bis reliquit.

§. XXXVIII.

Extrema quorumdam Scriptorum Ecclesiasticorum fata.

Anno præcedenti Petrus Schottus na-
tione Germanus, Argentinensis Ec- Dupin Bibl.
Aut. tom.
12. in 4. Sæc
cul. XV.
clesiae ad D. Petrum Canonicus, post-
quam ingentem nominis famam sibi con-
ciliaverat, in medio gloriæ suæ cursu
in patria sua fatis functus est, anno æta-
tis iuæ trigesimo primo. Hic Parisiis,
ac Bononiæ studiorum curriculum emen-
sus, cunctis carus, atque ab eruditis un-
dique expetitus fuit. Posteritati reli-
quit elegiacis versibus descriptas SS. Jo-
annis Baptistæ, & Evangelistæ, nec
non D. Joannis Chysostomi vitas, elo-
gium Joannis Gersonii itidem ligato ser-
mone elaboratum, necnon quasdam epi-
stolas, & questiones varias de rebus ad

li 3.

Con-

Sæculi XV. *Conscientiam pertinentibus*, quæ opera omnia Argentorati anno millesimo quadragesimo nonagesimo octavo typis excusa prodierunt.
A.C. 1492.

Sub idem ferme tempus extremum diem cludebat Jacobus Perez Valentiae in Hispania natus, Chrisopolitanus Antistes; scripsit is commentarios allegoricos, atque anagogicos in Psalmos Davidis, & in Cantica, necnon tractatum contra Judæos, expositionem super cantica Canticorum, & quæstionem de merito Christi Domini, quæ omnia typis impressa fuere.

Eandem mortalitatis viam ingressi sunt Nicolaus de Crutzinach, & Wilhelmus Hupellandus, quorum prior Vienæ in Austria Theologiæ Professor elucubravit quæstiones sententiarum, collationum & sermonum collectionem præter plures alias discursus, & tractatum de Conceptione B. V. M. alter vero Bononiæ in Picardia natus, facultatis Theologicæ Parisiensis Doctor, S. Severini Parochus, ac demum ad Beatæ Virginis Canonicus; reliquit posteris librum de immortalitate animæ, & de statu ejus post mortem, anno Domini millesimo quadragesimo nonagesimo nono Parisiensibus literis excusum. Obiit hoc anno die undecima Augusti.

Piæ.

Præterea Nicasius de Voerden Mech- Sæcul. XV.
linia oriundus fatis functus est die vigesi- A.C. 1492.
ma quinta ejusdem mensis Augusti , hic
quamvis tertio jam ætatis suæ anno ocu-
lls captus esset , nihilominus severioribus
disciplinis ingenium suum mire excoluit ,
Coloniæ juris instituta publice docuit , &
Lovanii Theologiæ Licentiatus gradum
adeptus , ac Romano Pontifice indulgen-
te Sacerdos ordinatus , ad populum di-
xit , pænitentes criminibus exsolvit , &
Missæ solemnia solo memoriaræ subsidio
suffultus peregit , tandem etiam Coloniæ
Doctoratus lauream emeritus , commen-
tarium elucubravit in quatuor libros sen-
tentiarum , præter varios sermones , plures-
que quæstiones ; perscripsit etiam quasdam
epistolas ad Trithemium , qui rari hujus
exempli testem fide dignissimum egit .

§. XXXIX.

*Ardicini de la Porta Cardinalis re-
cessus in Monasterium.*

Hoc anno Cardinalis Ardicinus de la
Porta (dictus junior) Monasticum Vitiores &c.
institutum amplexus est. Is erat Aleri-
ensis Episcopus , nepos alterius Ardicini Ciacon Hist.
pariter sub Martino V. Cardinalium nu-
mero adscripti. Vix Doctoratus laurea
decoratus erat , cum Florentini Archi-
episcopi Vicarius generalis eligeretur ,

Pontif. &c.
Card.

Li 4.

quo